In baptismo autem contra malas cogitationes oleo unguntur. Pectus contra mala opera sca-
pule. Sacramento fidei saluatur paruulus, usque ad tempus quo possint ipsi dicere fidem
suam. Hic quicumque perfecto in fide est, corpus sibi fidei sacramentum. Ad inuocationem
spiritus sancti in aquam deponuntur cerei. qui in se monstrant spiritus sancti quoddam personam.
Illa differentia uidetur esse inter illum qui sine manus impositione manet. Quis uere est
inter stellarum claritatem. Si neglegit illam confirmationem querere ti-
mendum ualde est ne sua dampnetur neglegentia. Letanie que sunt an-
te baptismum et post orationes significant sanctorum fideles ex omni par-
te pergentium. Cum canitur agnus dei illuminantur cerei. quia per agnum
qui peccatum mundi tollit unusquisque fidelis illuminatur. Non autem oblationes
a populo suscipiuntur. cantores silent. quia mulieres suas oblationes
unguentum scilicet cum silentio parauerunt. Sanctus. Sanctus. Sanctus. canitur quia
angeli quorum canticum est de resurrectione Christi non tacuerunt.
Non dicitur agnus dei. significat Christus per resurrectionem suam peccatum tollere
mundi. Et quia resurgere a bi infidelibus dubitatur. a cantoribus hoc retinetur.
In dominicis diebus pentecostes. octauis scilicet resurrectionis. non II. alleluia canuntur. unum
de propria leticia dominice resurrectionis. alterum de perpetua nostra. In fer-
iis diebus secus non similiter. unum pro requie animarum. alterum quia completur dominum.

Incipit ordo misse a sancto Petro cum exposicione sua.

Missa pro multis causis celebratur. Prima ut sepe rogemus dominum.
Secunda ut suscipiat deus preces et oblationes. Tercia pro offerentibus
et defunctis. Quarta pro osculo pacis. Quinta ut sanctificata sit oblacio.
Sexta ut confirmetur per spiritum sanctum oblacio corporis et sanguinis Christi. Septi-
ma ut canatur Pater noster. In qua oratione continentur VII. peticiones, id est III.
spiritales et IIII. temporales. Hanc orationem primitus docuit dominus discipulos
et apostolos de qua dicit propheta: Quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit. Septem
sunt numero propter septem dona spiritus sancti vel propter septem gradibus ecclesie.

Cur cotidie iteretur ista oblatio. Cum saluauerit Christus mundum per unam
passionem suam. et mors illi ultra non dominabitur. Pro multis causis. Pri-
ma causa quod peccamus cotidie. Secunda quod corpus Christi penitentibus post pec-
cata offerre iubetur ut salutem per corpus domini inueniant atque ...

Fragmentarium

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.6, 5r – Johannes Abrincensis: Expositio divinorum officiorum; Amalarius Trevirensis: Expositio ordinis missae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-sm62/5195/49589)